

monachis et religiosis psonis. ergo indulgencia que sine discursu acquiri non potest religiosis applicari non debet ¶ Tercio sic indulgencia quandoq; datur p bellantibus contra rebelles et inimicos ecclesie sed bellare interdicit religiosis et clericis igitur eis indulgencia applicari nō debet ꝛc minor patet xxiij questione octaua capitulo clerici vbi dicitur clerici qui in quacūq; factione arma volentes sumpserint. reperti amisso ordinis sui gradu in monasterio phenniter tradant. ꝛc ¶ Inoppositū est quia actus actiuorū sunt in paciente p̄dispositio sed religiosi sunt magis dispositi quam alij in seculo existentes ergo eis maxime applicanda est indulgēcia

E ¶ Respondeo dicendum q; vt valeat indulgencia alicui vt supra eciam tactum est p̄mo requiritur ex parte dantis auctoritas et causa. p qua fit iusticie equitas Ex parte vero recipiētis requirit q; habeat fidem i intellectu qz non nisi homini xp̄iano indulgencia p̄t dari qui firmiter credat papam posse dare et se posse recipere Secundo requiritur i recipiente qō habeat caritatem i affectu vt sit vere contritus et confessus Cum ergo religiosi ista duo habeant et ꝓpleant causam. p qua facta est indulgencia plenius ꝓsequunt ipsam indulgēciam quam aliqui alij Pro hoc respondetur ad primum argumentum motum q; quantumcūq; religiosi sint in statu pfectionis ꝓpter tria vota emissa non tamen sine peccatis transire possunt vnde dicitur p̄mo iohānis pri. Si dixerim? qz peccatum non habemus nos ipsos seducimus et veritas in nobis non est et ergo indigent ꝓpter quozumcūq; remissionem recipiendo indulgenciam ꝛc Ad secundum dicendum q; non est dubiū religiosos plus mereri merito essenciali ad acquirendum vitam eternā solitarie stando et regulares obseruācias tenendo. quam discurrendo indulgencias acquirendo Sed merito accidentali acquiren

Octaua.

do dimissionem pene plus meretur recipiēdo indulgencias maius enim bonū est meritum religionis quaz pene remissionis que fit p̄ indulgenciam et ergo si superioz aliquo modo potest suspicari dissolucionem nō debet alicui concedere licenciam Nec ex se debet ire qz. xij. q. i. nolo. non habet velle nec nolle nec habent ꝓpium de sta. monach. cū ad monasterium. Eciam ipsi sunt qui debēt superogare de meritis suis ecclesie. xvi. q. p̄ma monachus non doctoris sed plangētis habent officium qui vel se vel mundum lugeat glo. idest peccata sua et alioz qui i mūdo sunt scz lugeat dantur tamen alique indulgencie qñq; sic de ꝓpinquo aut i. ꝓprio monasterio quas acquirere possunt sine magna discursione aut regularis obseruancie distractōe ¶ Ad tercium dicendum quamuis in casu allegato clerici et religiosi ꝓpria manu accipere arma non debeant licz tamē eis alios hortari ad accipiendum arma ꝓpter oppressorum defensionem et inimicorum dei expugnacionem vnde ipsi ꝓsequuntur indulgenciam sicut alij ¶ Secūdum dubium an quis indulgēciam a papa datam possint recipere sicut p̄ se sic et p̄ suo patre ꝛ matre Et arguitur primo q; sic qz vnus p̄t alteri impetrare primam graciam ergo multo forci? potest ei impetrare peccatoris indulgenciā. Secundo sic quicūq; implet causam indulgencie et est in caritate ꝓsequitur indulgenciā sed filius potest pro patre ꝛ matre implere causam indulgencie igitur videt q; p̄ eis cōsequitur indulgenciam Tercio sic in forma cōcilij generalis datur indulgencia accipientibus crucem p̄ se et p̄ patre et matre mortuis igitur eciam hic aliquis potest p̄ principalibus suis indulgenciam recipere Inoppositum est qz ille cui thesaurus ecclesie dispensatur non p̄t ipsum dispensare sed cuilibet fideli dispensatur. Thesaurus ecclesie p̄ communicacionem indulgencie ergo non

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-591/0049
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG